



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Philaretvs C. 1. Decembris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

De*i*
regi
n ita
tan-
In-
ani-
dit:
eni-
s ita
eret.
tem
anis
eces
rōe
mi-
deli-
arte
Eti-
Ad
ure-
arus
o in
cœ-
ntini
um
erre,
nilk
ram
con-
enit
H.
I.

I. Dec. VITÆ SANTORVM. 592.

S. PHILARETVS C. I. Decembris.

Deplagonia PHILARETVM genuit rusticæ sortis hominem, sed qui sementem egregie facere novit. Cum enim optimos agros non male existimaret pauperes esse, in hos liberali manu disseminare sua non prius abstinuit, quam ipse denique egeret. Non tamen fidem fefeller optimi coloni tam bene culta arva. Etenim cum Irene Imp. filio Constantino sponsam diu circumspiceret, Maria demum, formæ id temporis, unicum miraculum, eademque PHILARETTI neptis, placuit. Igitur Maria ad regium thalamum, PHILARETVS ad summos honores, Consulatum evocatur. Hic verò noster ab aratro Consul in id possimum incubuit, ut pauperum necessitati consuleret. Nimis vidisses proletarios, & uno capite prius censos censum jam Consulis numerare. Iam pontem Consulis Curiam dixisses, pontisque incolas conscriptos PP. qui utique frequentes coibant in eum senatum, in quo de ipsorum salute consultabatur. Porro PHILARETVS supremum agrotans, cum agnati sanguinis omnes controvasset, multa præclara moriens ofacula dedidit, ultimo eos omnes suæ in miseros pietatis heredes scripsit, & testamentum pulcherrimo dicto (estote misericordes obsignavit. Ex Menais.

Transferamus, obsecro, quæ in hac alienâ regione habemus: etenim licet multum inter se distent, facili tamen est transvectio per manus pauperum: eorū enim manus in celestia promptuaria sibi data reponunt. S. Chrys. in cap. 13. Gen.

S. FRAN-